



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

Quomodo Accipit Homo Remissionem peccatorum, & reconciliationem seu iustificationem, & donationem Spiritus sancti & vitæ æternæ?

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

historiam nouit, & est assensus, quo promissionem gratia amplificatur, & fiducia qua agnoscentes promissionem, acquiescimus. Alietur in Deo propter Filium. SINT igitur in conspectu hanc dicta: Dæmones credunt & contremiscunt, id est, non sunt hilares, & eo furiosius irascuntur, quia certo norunt, Filium Dei iudicatum esse, & prospiciunt suas penas, quibus in tota æternitate crucifiguntur. Promissionem vero gratiae sciunt ad solos homines pertinere, iuxta dictum: Qui propter nos homines, & propter nostram filiam descendit de celis, &c. Hæc noticia in Diabolis in infinitum nondem est ab hac fide, de qua dicitur: Iustificati fide pacem habemus, quæ est assentiri omnibus articulis Symboli & promissioni, & qui credis, tibi ipsi remitti peccata, cuius fidei proprietates dulcissime citantur Ephes. 1. cum inquit, Nos hac fide habere ~~wag~~ opus diciam accendendi ad Deum. Saul oppressus dubitatione horribiliter fugit Deum, oportet se redigi in nihilum, sicut scriptum est: Dicent montibus, cadite super nos. David autem audita consolatione, erigitur fide, accedit ad Deum, & audet invocare, sicut inquit: Sufficiunt anima mea in verbo eius, sperauit anima mea in Domino, à vigilia matutina usq[ue] ad noctem. Et hoc simul ipse filius Dei dicit consolationem in corde tuo, & vivificant te, & emittat te ex inferno, ac offendit misericordiam Patris voce Euangelij, & dicit Spiritum sanctum læificantem nos. Ideo inquit Paulus Ephes. 6. habitare Christum per fidem in cordibus nostris. Et Iohannes 4. In hoc scimus, quod in eo manemus, & ipse in nobis, quia ex spiritu sancto dicit nobis. Et Athanasius inquit: Vbi cunq[ue] dicitur Spiritus sanctus in aliquo esse, ibi est per verbum. DIFFERAT igitur fides, de qua dicitur: Iustificati fide pacem habemus, à notitia, qualis est iniurias, obiecto & causa efficiente. Quia vera fides intuetur promissionem, & accenditur per filium Dei, qui Spiritu sancto confortatur, & adinvocationem exuscitatur.

QVOMODO ACCIPIT HOMO REMISSIONEM PECCATORUM, & RECONCILIATIONEM seu IUSTIFICATIONEM, & DONATIONEM SPIRITUS SANCTI & VITÆ ÆTERNAE?

RESPONDEO. Homo in conuersione, id est, in verbis doloribus & paucoribus accipit remissionem peccatorum, propter mediationem filii Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, Deum & hominem, gratis, sola fide, non propter propriam dignitatem, seu propter virtutes proprias, aut propria opera seu merita. Et in his paucoribus semper sit in conspectu discrimen legis & Euangelij, & sciamus amandum & imitabile mandatum Dei esse, vt credamus nos recipi possemus.

et filium, iuxta dictum: Viuo ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & vivat. Item: Graia exuberat supra dictum. Cumq[ue] erigimur fide, & accipimus remissionem peccatorum, filius Dei vere est efficax, & voce Euangeliū dicit consolationem cordibus, ac fide simul accipimus imputationem iustitiae seu reconciliationem, & Spiritum sanctum, & efficiuntur hæredes vita æterna gratia, propter Christum. Hec omnia comprehendit dictum: Iustificati fide pacem habemus. Et Galat. 3. Ut promissionem Spiritus accipianus per fidem. Et Rom. 5. Iustificati sanguine ipsius seruumur per eum ab ira eius. Huc adiungantur alia testimonia, ac principie propositione epist. ad Rom. cap. 3. & confirmatio cap. 4.

CONTRA.

I. ARGUMENTVM.

Vbi multa simul sunt, non est ponenda exclusiva,
In conuersione multa simul sunt, ut, contrito, fides, dilec-
tio, bonum propositum, spes, & aliæ virtutes,
Ergo non est dicendum, Sola fide iustificamur.

RESPONDEO ad minorem: Quanquam multæ virtutes si-
mul sunt in conuersione, tamen non sunt causæ seu merita iustificationis, id est, remissionis peccatorum & reconciliationis & viuifica-
tionis, & donationis vita æternæ: Sed solus filius Dei obedientia, est
causa seu meritum iustificationis. Hic est propitiator, ut ad Roma-
ios 3. dicitur. Et Iohannis 1. Sanguis Iesu Christi purificat nos ab
vno peccato.

II. ARGUMENTVM.

Impossibile est, ullam rem esse iustum sola noticia,
Fides est tantum noticia,
Ergo non est dicendum, sola fide.

RESPONDEO ad minorem: Fides non significat hic no-
ticiam, qualis est in Diabolis, sed comprehendit noticiam omnium
misericordiarum fidei, & fiduciam in voluntate acquiescente in Deo pro-
prietatem, agnita misericordia in promissione. Quia fides de
qua Paulus loquitur, est assensus, quo omni verbo Dei nobis tradito
assentimur, ac simul etiam promissione gratia, cum quo assensu inse-
parabiliter coniuncta est fiducia acquiescens in Deo, iuxta promis-
sionem. Sed noticiam præcedere necesse est, quia noticia sunt appre-
hensioꝝ. Et in hoc ipso assensu filius Dei est efficax, dicit vox Euangeliū
consolationem in corde tuo, ostendit voluntatem Patris, retrahit cor ex inferie, & viuificat te, & dat arrabonem Spiritum sanctum,
qui accedit laeticiam & invocationem in corde, iuxta dicta: Acces-
pisti Spiritum clamantem abba Pater. Item: Eſtundam super domum

z 5 . David